

Sed & illud non insino felicitatis loco reponendum, quod eos Duces gerendis bellis, haec tenus ubique
prefecit, quos natura, ipsaque affuetudo ad fortiter agendum infugare soleat: quippe qui ab ipsis, ut aiunt,
cunabulis inter arma, adeoque in castris coauerint. Qui ubi opus est, armare ferre, milites conferbare, exercitus
ducere, currus & machinas instituere, & sciant & ualeant. Quorum in numero ut fortitudine, ita fide
quoque clauruit Carolus ille Dux Burbonii. Nec minore laude rem gessit terra, marisque Andreas de Auria, Fer-
dinandus quoque Dualus, magno animo feliciter egit multa & praeclaras acinora. Quibus si Nicolauim
adiunxeris Comitem illum Salim, Marcum quoque ab Embis, germanos absolutum, & nulla ex parte con-
tempnendum fortissimorum virorum rediles numerū. Sed quibus laudibus efforam fortissimum militem,
Georgium illum a Fronspurg: quibus filium, paternarum laudum hercdem, Gasparum: quid non ege-
runt enim illi, ut Roma, Imp. gloriaq; latissime pateceret? Sed haec gloria, qua ad eandem alpirarunt erat
ali plures, alio a nobis magis opportuno tempore celebrabitur. Nunc satis sit uel paucos, ex amplissimo
campo indicasse, quibus cordi fuerit nihil non fortiter agere, ut salua confisterem posset Respub. Christiana.



